

FRIDERICVS ARCHIEPISCOVVS MAGDEN-  
burgensis.



**F**Ridericus antiquo Saxonum stemmate à co-  
mitibus de Bichlingen natus fuit. Is literis &  
moribus optimè institutus in uirum magnæ auto-  
ritatis euasit, anno Christi circiter millesimũ qua-  
dringentesimum tricesimum. Itaque Guntherus  
præful Magdenburgensis eum ad se recepit, atq;  
aulæ negotia ei expedienda commisit. Erat Fride-  
ricus longis capillis atq; ueste breui ornatus, ac si  
seculi huius uanitatem respiceret. præterea uena-  
tionĩ & aucupio deditus, nihilominus tamen pie-  
tatem & prudentiam in primis spectabat.